UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

polim abitus paratur. Poſtꝰà intercedente † apud Cæſarem Electore, Civitas, agnitâ per Legatum culpâ, factâque per eundem humi proſtratum deprecatione, à nexu proſcriptionis abſoluta eſt. *Civitas à bãno abſolvitur.*

XXXVI *Pacta & ſtabilita concordia cum Saxonibus.*

Unum ſupererat, quominus Erfurtenſia conſummata viderentur: † Saxoniæ Duces, Thuringiæ Landgravii varias lites cum Urbe jam ab antiquiſſimis temporibus habuêre, modo jura, nunc terræ in controverſiam tractæ. Adpromiſit nunc Elector Saxo auctoritate ſua lites ſopiendas. Moguntinus Baron m Reiffenbergium legat, conventus Lipſiæ habitus, ubi Præfectura Kapplendorff ac Rudelſtadium majus Ducibus ceſſum, illi prætenſæ in Erfurtenſi territorio ſuperioritati renunciarunt. Comitatus Mühlberg & Tondorff, ſi daretur creditum, ceſſi protectio Urbis Domino relicta: de conducendi jure, multarum hactenus litium causâ conventum, ut Elector perſonas, Principes bona conducerent, controverſiæ Gleichenſes multiplicibus legibus ſublatæ niſi quod ſuperioritatis, aut exemptionis prætenſio Spirenſi Cameræ ſubmitteretur, atque ſic variis pactis, datis aliis, aliis retentis, proſcriptæ lites, diviſa territoria, diſtincti dominatus, amicitiæ, ſtudia, utilitates, adverſus quoſvis conjuncta ſunt.

Apparatus XXXVII. *futuræ Hiſtoriæ.*

Hiſtoriæ futurorum temporum, † ſi contexere libuerit, apparatum dabunt rerum